


Dona Sphorica Reginae Poloniae
 Petrus Tomicius Episcopus Crauovi-
 ensis et Regni Poloniae Vice-Camerarius.

135
 Sacra Regalis Maiestas D. Domina, Domina
 Clementissima. Post humilem seruitutis et o-
 rationum mearum Commendationem. Dimisso
 iam cubiculario qui de Electo in Regem Illustri
 Filio Maiestatis Vestrae, literas Maiestatis
 Regiae, et meas ad illum tulit tractatum. Hic
 est serio et diligenter in Senatu de mittendis
 in ea re oratoribus ad Maiestatem Vestram
 et Serenissimum filium eius, est ita valente
 Maiestate Regiae et assentientibus ceteris o-
 mnibus decretum ut propter dignitatem utrum-
 que, Maiestatis Vestrae, et magnitudinem
 negotii Serenissimi filii earum mitterentur
 hinc duo Episcopi, duo Palatini et Sal. Ca-
 stellani, et aliquot fortasse terrestres Muntii,
 qui ad Maiestatem Vestram hanc rem de more
 cum gravitate et pondere verborum deda-
 rent, et Serenissimum filium eius ad su-
 perienda Regni gubernacula solemniter
 invitent. Quod ut non esset ante tempus in-
 cognitum Maiestati Vestrae Maiestas Re-

giae


Regia per presentem Subicularium, & literas illi
adferendum datas declarare voluit. Quod ego
etiam ne ab officio discedam, attingere hoc pacto
saltem presentibus volui. Nam quod attinet ad
legationis rationem hanc ex ipsis Maiestatis
literis Maiestatem Vestram copiose cognoscere
posse non dubito. Nomina autem oratorum
sunt ista. Dominus Andreas Fricius Episcopus
Glovensis nepos meus. Dominus Ioannes Karn-
lowaski Episcopus Gremisliensis. Dominus Otta-
de Rhodae Balatinus clandomiriensis Dominus
Nicolaus de Goscielic Balatinus Kalisiensis
Dominus Ioannes de Goscielic Castellanus Lanci-
ensis filius Domini clarnistai Posnamiensis Do-
minus Ioannes de Tarezyn Castellanus Lublunen-
sis Mareschaleus Curia Regia. Dominus clarni-
staus de Sprowa Castellanus Diecent. Dominus
Nicolaus Russochi Castellanus Diehovient. et
Capitaneus Lancicent. Dominus Spiex de Jar-
now Castellanus Larnovient. et Dominus Petrus
Apateuski Castellanus Landen. Commendo me
rursus & servitatem meam Maiestati Vestrae
Serenissime. Quod Ductissime salvam & feli-
cissimam esse cum Serenissimo coniuge
& liberis vehementer desidero. Dat.